



## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 104. Poloniæ Orator ad Synodum veniens, ibidem queibidemque  
receptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

testabatur, fidem adhibere, cunctasque sinistras opiniones, quas de eo conceperat, deponere videbatur, quippe tam amplis verbis Abbas articulatim plurima recensebat, ut Papa admodum contentus recederet: cum autem curarum turbo ob Gallorum molimina dissipari crederetur, nova Papam sollicitudo incesserat ob contentionem, quæ inter Pagorum Helveticorum, & Bavarizæ Ducum Oratores circa loci prærogativam emerferat: hæc enim disputatio adeo invalescebat, ut Patres ad evitandos tumultus Congregationes interrumpere, ac utrique huic Oratori injungere cogentur, quatenus a publicis Sessionibus abessent, usque dum readeorum Principes delata hoc diffidium vel fuisset sublatum, vel si id impetrari non posset, saltem Pontifex hanc litem diremisset: verum hoc extremum erat remedium: nihilominus Legati adhuc dum hosce Oratores sollicitabant, ac deprecantibus Cæsaris Legatis ambo Oratores, ne Sessionibus interesse velent, consentiebant: quapropter rursus Congregationes haberi ceperant.

## §. CIV.

*Polonizæ Orator ad Synodum veniens,  
ibidemque receptus.*

Die

SÆC. XVI.  
A.C. 1562.

*Pallav. c. 14.  
num. 2.  
Ep. Legat.  
ad Borr.  
14. Octob.  
Sarp. p. 600.*

Die decima quarta Octobris conventu habito Valentinus Erbutus Primisliensis in Ruffia nigra Episcopus Sigismundi Poloniæ Regis Orator excipiebatur, eique obviam processere Patrum non pauci, aliique, a quibus Tridentum delatus, solitisque honorum significationibus cumulatus ab Hosio Cardinale Warmiensi ejusdem Nationis Episcopo in suo Palatio excipiebatur, postea vero ad Patrum confessum deductus, ibidem demandatæ Facultatis, ac mandati loco non nisi Principis sui epistolam protulit, & sermone ad Patres habito nullam de ceteris Poloniæ Episcopis, qui nondum advenerant, mentionem fecerat, nec eorum absentiam excusabat, prout tamen Synodus ab ipso factum iri crediderat. Huic Synodi Promotor respondens declarabat, quod Patres Poloniæ Regem summo in honore haberent, ejusque Oratorem cum ingenti gaudio exciperent: Verum Legati veriti, ne in proximis illius Regni Comitibus de Religionis negotiis ageretur, occurrere periculo haud neglexerunt, scriptis ad Sigismundum Regem sat gravibus literis, in quibus eidem exponebant, quam id Ecclesiæ nocivum, & probrosum Poloniæ esset, eo præprimis tempore, quo negotiorum ad Religionem

ligionem spectantium caussa in Oecumē- Sæcul XVI.  
nica Synodo ageretur. A.C. 1562.

§. CV.

*Literacensis Episcopi obitus, Gallo-  
rumque cavillatio contra septimum  
Canonem de Sacramento  
Ordinis.*

Mense Octobri ad finem vergente Tri-  
denti Joannes Antonius Pantufa  
Cofentinus, in Neapolis Regno Lite-  
racensis Episcopus, ac Amalphitani e-  
piscopatus Suffraganeus naturæ debi-  
tum solvit, cui exequiæ merito, ac  
tanti Præsulis dignitati convenientes  
de more persolvebantur, Legati autem  
datis ad Papam literis die vigesima  
octava Octobris hujus Episcopi mortem  
non sine ingenti elogio nuntiabant, porro  
defuncti Ecclesiam Sebastianus Lecca-  
vela Naxientis Episcopus obtinebat.

Ceterum illis Præsulibus, qui ad *Pall. c. 14.*  
concinnanda dogmatum decreta selige- *num. 3*  
bantur, supremi Servitarum, ac Jesui- *Vid. supra*  
tarum Præpositi adjuncti fuere: post *s. XCIII.*  
quam autem Canonum exemplar pro  
more Oratoribus tradebatur, Galli sese  
opponere septimo Canonem, in quo  
anathema pronuntiabatur in eos, qui  
Ordinationes ab Episcopis absque ele-  
ctione, ac populi consensu factas, nul-  
*Hist. Eccles. Tom. XLV* F f las,